moysen & aaron seruos tuos. fac nobiscum mise
ricordiam propter nomen tuum. & exclamauit
uitus dicens. quid est imperator. ubi sunt mine
tue. gratias tibi ago quia fecisti lauacrum nobis.
utinam & sabana prestares. Uniuersus autem po
pulus clamabat dicens. nos tanta mirabilia
numquam uidimus. uere magnus est dñs huius
Infantis. Exiuit autem de olla sanus. nullam ma
culam habens in corpore suo. fulgebat autem ca
ro eius sicut nix. & dixit. Ecce imperator
iam erubesce cum diabulo patre tuo. Impera
tor repletus ira. iussit leonem ei iniquum di
mitti. cuius rugitum nullus hominum tolera
re poterat. Cui respondit imperator. numqd
& huic magice tuae artes praeualent. uitus di
xit. Insipiens & stulte. xps mecum est cum ange
lis suis. qui me liberat de manibus tuis. At ubi
dimissus est leo. beatus uitus cruce facta. fero
rem leonis exsuperauit. Currens leo. ante pedes
eius cecidit. & lingua sua lingebat pedes eius.
Cui respondit uitus. Ecce Imperator. animalia
ista honorem reddunt dño. & tu non agnoscis
creatorem tuum. nam si uelis credere xpo. saluus
eris. Imperator dixit. Tu credas & genus tuum.
Uitus subridens ait. Benedixisti Imperator.
Omne genus meum perpetuam coronam deside
rat In paradiso. multi haec uidentes crediderunt
In illa hora. fere quasi mille homines. Imperator
dixit. quae sunt artes tuae uitigni & feris impe
res. Uitus dixit. Ista omnia honorem reddunt
dō non mihi. quia agnoscunt creatorem suum.
Tunc iussit ministris ut praepararent catastas.
& cessi sunt serui di In illa hora. Beatus uitus
una cum modesto. & criscentia papatissa sua.
Cui dixit uitus. erubesce a muliere. aut quae est
uirtus tua cum muliere. Torquebantur autem
In catasta. Tunc dixit uitus imperatori. Impie
carnifex. quae tibi causa cum muliere. ut omnia
ossa eius dissiparet. Tunc exclamauit beatus

ad caelum dicens. Dñe ds liberator. statim factu
est tonitruum magnum & coruscationes & terrae
motus. & ceciderunt omnia templa idolorum. &
mortua est tertia pars populi. & imperator statim
fugit percutiens sibi alapam In fronte dicens. Ue mihi
quia a tali Infante me exsuperatum esse cognosco.
Descendit autem angelus dñi & eripuit eos de ca
tasta. & subito apparuerunt iuxta fluuium qui
dicitur siler. & requieuerunt sub arbore. & Inuo
cabant dñm dicentes. Dñe ihu xpe fili di uiui. Ac
cipe animas nostras ad te. & facta est ad eum uox
de caelo dicens. Uite quod petisti datum est tibi.
& pausauerunt In pace. Uisae sunt autem animae
eorum sicut columbe septies candide tamquam nix.
& chorus angelorum psallentium In caelo. per tri
duum. aquile custodiebant corpora eorum. Floren
tia Inlustris femina dum gestaretur aquis. subito
eam In basternam sedentem rapuerunt. quae cum
periclitaretur iuxta fluuium. perducta est ad lo
cum ubi corpora scōrum iacebant. Apparuit ei
beatus uitus super aquam ueniens. & dum uidisset
eum mulier. exclamauit dicens. si angelus dni es.
libera me. Uitus dixit. ego sum uitus. si sepelieris
corpora nostra. quicquid petieris a dño habebis.
& liberata est ab impetu aque. & statim collegit
corpora scōrum & aromatibus condiuit. & sepeliuit
In eodem loco ubi requieuerunt. qui locus dicitur
marianus. Ipsi autem dño gratias egerunt. qui con
firmat seruos suos. & tantam gloriam prestat scīs
suis. per omnia saecula. saeculorum. amen.

EXPL PASSIO SCI UITI
ET ALIORŪ SCORŪ MART.

INCIPIT PAS SCORŪ MAR
IOHANNIS ET PAULI
MEN IUN DIE XXVI.

XXI SUB CONSTANTINO AUGUSTO GALLICANO
duce romani exercitus persarum gens quae sy
riam Inuaserat. uicta est & uiliter subiugata. qui
cum triumphalibus infulis sublimatus. acceptus esset

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0212